

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 41. Altera Sessio, propositionesque ibidem a Legato factæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

etiam hostes  
are, ac portare  
ce do-  
xpone-  
eranda  
la alie-  
, sol-  
endum,  
in am-  
publicæ  
t con-  
dii ra-  
junctis  
ac de-  
mmu-  
ræsen-  
s con-  
plurib[us] deprædicans ad sermonis sui Sæcul. XVI.  
calcem congregatos hortabatur, ut ejus-  
modi Regem eligerent, quem præsens  
rerum conditio exigeret, quive sacræ  
Sedi sincere addictus, capitalis vero  
hæreticæ pravitatis inimicus esset, cum  
in hac temporis vicissitudine nil magis  
necessarium foret, nisi ut se hæretico-  
rum veneno, plusquam cuicunque alteri  
malo, opponeret. Hunc sermonem  
exceperat oratio Senecæ Baronis, qui  
nomine Nobilium, quorum tamen non  
adeo frequens erat numerus, perora-  
bat, ac sermonem magis succinctum,  
magisque tempori accommodum pro-  
ferebat. Denique Plebæi Ordinis no-  
mine Laurentius in Provinciæ Senatu  
regius Advocatus orationem habebat.

A.C. 1593.

## §. XLI.

*Altera Sessione, propositionesque ibidem  
a Legato factæ.*

E quidem Legatus Cardinalis huic *Davila l. c.*

Sessioni utpote alienigena non in-  
tererat, altera tamen die in Sessione  
secunda admitti petens, mox fede oc-  
cupata præprimis postulabat, ut omnes  
interposito solemnni Sacramento sponde-  
rent, se nec unquam cum Henrico Bor-  
bonio in gratiam reddituros, nec illum,  
etiamsi erroribus suis ejuratis sese Ca-  
tholicum profiteretur, tanquam Regem  
suum

**Sæcul. XVI.** suum agnituros. Verum huic postu-  
**A.C. 1593.** lato sese opposuit Maduanus Dux, cum  
 id suis consiliis oppido adversum censem-  
 ret, ubi ceteri quoque Deputati in ean-  
 dem abidere sententiam: cum vero Le-  
 gatus hoc juramentum præstari urgeret,  
 Lugdunensis Archiepiscopus loquen-  
 tem interpellans hæc subjunxit: „Om-  
 „nes Ordines Religione sunt Catholicæ,  
 „sacræque Sedis Primum profitentur,  
 „proin nec adeo sunt temerarii, ut  
 „summo Pontifici veluti manus ligare  
 „audeant, nec adeo sunt præsumptuosi,  
 „ut ejus judicium prævertere tentent,  
 „quod tamen facerent, si Navarræ Re-  
 „gem reconciliationis cum Ecclesia in-  
 „capacem declararent, sententiam in  
 „ea re ferentes, quæ tamen fori pro-  
 „fani limites excedit, & unice ad ju-  
 „risdictionem ecclesiasticam pertinet,  
 „proin omnibus firmum, fixumque sit,  
 „quod hoc jusjurandum permittere  
 „nolint, ne propriam lædant conscienc-  
 „tiam, neve sacræ Sedis, summique  
 „Pontificis dignitatem offendant... Ad  
 hanc responsonem tacente Legato haud  
 amplius de hoc jurejurando sermo re-  
 dibat.

§. XLIII.